

Ann. II.

Num. X.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

## Subnotatio fieri potest:

### IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES

ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21.

### IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

LONDON W. — 28, Orchard Street.

### IN STATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.

Apud COMMISSIONAT OF THE HOLY LAND.

NEW YORK, 143 w 95th St.

### IN CANADA ET NEWFOUNDLAND

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w 95th St.

### IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

LUGDUNI

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

LUTETIAE PARISIORUM

LIBRAIRIE VIC ET AMAT

INSULIS (LILLE)

CHARLES AMAT SUCC.

Rue Cassette, II.

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.

C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE

BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

Rue Victor Hugo, 5

Rue de Metz, 41.

### IN HUNGARIA

Apud

BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

## RERUM INDEX

INGRUIT HORA . . . . .	Joseph Toniolo.
DE COLONIIS GERMANORUM . . . . .	P. Alt.
DE THEATRIS ADEUNDIS . . . . .	I. Antonelli.
DE VERSIBUS LATINIS AD ITALICUM NUMERUM . . . . .	P. Angelini.
SOLATIA IN ADVERSIS, MODERAMEN IN PROSPERIS . . . . .	J. Serík Vitinský.
LUDI ET FESTA MENSIS MAII . . . . .	D. Tamilia.
DE MORBO CUI VULGO AB "INFLUENTIA", NOMEN . . . . .	Dr. L. Kaul.
HAGA URBS . . . . .	Alpha.
ALAFRIDUS KRUPP . . . . .	A. Costaggini.
AVE MARIA . . . . .	N. Filonardi.
ACTA SANCTAE SEDIS - Indictio Universalis Iubilaei Anni Sancti MDCCCC.	Thomas.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES . . . . .	C.
TELEGRAPHICA SIGNA NULLO ADHIBITO METALLICO CONDUCTORE TRANSMISSA.	L. M.
TURRITI GALERI FASTA ET NEFASTA . . . . .	A. Vieillot.
FRUSTULA . . . . .	Forfex.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO . . . . .	H. P.
QUAESTIONES INTER SOCIOS PROPOSITAE - II. De novis verbis . . . . .	H. Ewarth.
AENIGMATA . . . . .	Digamma.

In secunda operculi pagina:

PER ORBEM . . . . .	Viator.
VARIA: Electricis ad conciliandum somnum usus - Europae quid solis et lucis, quid umbrae et pluviae? - Novum chartae elementum - Barba patriarchalis quanta . . . . .	P. d. V.
EPISTOLARUM COMMERCIVM . . . . .	A secretis.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCC XCIX



# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

**PRETUM SUBNOTATIONIS:**  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianum:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

**BIS IN MENSE PRODIT**

**POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:**  
**ARISTIDES LEONORI, eques.**  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

**INGRUIT HORA**

**VATICINII** vim in fide esse, aiebat olim De Maistre; idque collatis ex historia et philosophia argumentis, et invenisse et scripsisse putamus.

Quo effato cum nihil verius ac rectius habeatur inter sententias doctissimorum virorum, in hoc summo humanae reipublicae tempore investigandum ducimus quid sperandum, timendum sit gentibus, dum

*Futuri temporis exitum  
Caliginosa nube premit Deus.*

Viribus autem nostris tantummodo freti, qui levi phaselo, vix obeunt proxima litora, maria tentamus, nec diceré nec scribere ausi, sileremus libentius; sed, gubernatore ac duce eximio viro cardinali Capecelatro, sequimur ulti monstratum iter, nisi optimum facturi, certe melius.

Atque haec ille in prolegomenis *Iesu Christi vitae*:

« Humana societas hoc tempore contradictionibus torquetur assiduis, quasi inter contrarios ventos obnixasque undequaque undas agitata navis; quae tamen procella, hoc ipso quod procella sit, quietis ac tranquillitatis prænuncia videtur; non enim ea perpetua sunt quae violenta, imino quo violenta magis, eo minus diurna. At pax et requies et serenus aer non aliunde, nisi a Christo expectanda sunt. »

« Hinc, quoniam diu in contradictionibus humana mens requiescere nequit, nova erit veritatis inquisitio, et nova lux oculis a Christo et ab Ecclesia effulget, et in ipsa mutatione rerum nova erit sapientiae manifestatio, qua cuncta, quae sunt hominibus, iterum colligentur in Christo, lapide angulari, quo vincuntur omnia novissima et antiqua, quo ad instaurandum ex vivis lapidibus Deo Patri templum nova et vetera congregantur. »

« Erudientibus humanum genus acri disciplina doloribus, resipiscet humanitas recordata pristinos dies, quibus a terroribus, cladibus, servitute, ignominis idolatriæ Christo praeunte liberata est. Quaecumque allatura erunt ac sibi vindicatura sive publica regimina, sive civilia placita, sive philosophorum conatus, sive nova inventa, commercia, divitiarum distributio, a Christo erit verbum concilians omnia, ab Ipsi, qui verba vitae unus habet, erit ab Ecclesia, cui verbum Verbi creditum est ad dandam plebi scientiam salutis. »

« Quoties vexatum curis et sollicitudinibus et aerumnis huius vitae mortalis humanum genus, praevalente nobilitate mentis, praevalente vi voluntatis, quæsivit ea quae satis essent secundae siti inexplebili qua natura ducimur ad verum, ad pulcrum, ad bonum, quorum desiderio aeternum flagrans præstantissimum aequa ac infelicissimum est, toties unicum illi patuit ad aras Christi refugium, nec alibi nisi in templi vestibulo, poscens minor genibus limina, conquiviet.

« Itaque implenda coniuentes ex iis, quae peracta iam vidimus, haeremus historiae suadenti.

« Quum populos urgebit fidei necessitas tot circumferentibus turbinosae doctrinae ventis defatigatos et lassos; quum spe destitutos urgebit sperandi necessitas, corridentibus circum auxiliis omnibus, cuiusvis futuri boni, rependentis præsentia pessima; quum urgebit amoris necessitas, in ea quae ad intellectum pertinent et explorata cognitio aeternitatis futurae, quam alteram frustra excutere animo conati sunt, dum alteram brutorum more inter turpia, terrena et fallacia frustra quaesiere, unica patebit redditus via ad vocem clamantis: « Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos ». \*

Haec vir ille doctissimus, cui sit apud omnes par doctrinae laus. Mili vero si quid licuerit addere, libenter addam, venia petita, non quo aliquid lucis accedat luculentissimis verbis, sed ut ea quoque feram, quae intus assurgunt.

Necessitate quadam fatali tempora præterunt, et ferme eadem lege qua venti miscent aerem et aequora, ac modo nubes crient, modo serenum, dissipatis nubibus, revealant; ea tamen lege ut ipsa rerum turbatio ordinem gignat, et venturae semina turbationis foveantur in ipso ordine.

Qui ergo totam noctem laborantes in alto nihil ceperunt, implebuntur bonis illucente sole iustitiae, statim ut in nomine eius ad dexteram navigii retia laxabunt.

Quapropter cum nunc eo perventum sit, ut nec mala ferre possimus, nec patens remedium animo magno suspicere velimus, putantes turpe dicere: erravimus, necesse est in peius ruere inter obscura illa ac tetrica, quae philosophi rationalistæ proxima exterminio et abyso vindentur; dum christiano philosopho lucis annuntiant redditum, et novae modum salutis. Ille sua ignorantia in terorem et desperationem inducitur; hic fide Christi et verbis Ecclesiae constituitur in spe.

Fato quadam urgente (criminibus nempe, quae sequitur poenae necessitas; nam sine sauginis effusione non fit remissio) fertur humana societas in scopulum, quem nec vitare, nec ascendere, nec sternere potest. Morae impatiens et progrederi impos, noscet aliquando stulte superbitissime naturalismo, quem, subverso Deo, victorem penitus praedicavit, ratione humana, quam vitae arbitram adstruxit, progressu et ascensi generis nostri, quem indefinitum et vel Deum ipsum aequaturum vaticinata est.

Tunc fassa naturae impotentiam, rationalium subsidiorum angustiam, vanitatem corporearum rerum, quas consequuta semel, aeternum se beatam sperabat, ludificata sedebit, et moerens inter omne genus ruinae, quam sua manu satagens comparavit, denique in desideranda atque invocanda caelestia se feret.

Forsan Misericordia illa, cui non est miserationum numerus, inter haec moestissima nostras exspectat gentes, prout inter atterentes barbaros orbem romanum, ut ad mentem, ad mores, ad veritatem, ad pacem reducat, instaurans quae subruta, et restaurans infirma.

Utinam, anxia quae ingruit hora, suprema sit, et salutis horam festina praecedat!

JOSEPH TONILO.

**DE COLONIIS GERMANORUM**

DE Anglis, qui in deducendis coloniis hisque statuendis principes habentur, et præ ceteris præstare videntur, quae scripta nuper in commentario *Vox Urbis* fuerunt attente cum legisse, quid sit perpendi, quod cum tot colonias Hispani, Galli, Britanni et nos ipsi Germani deduxerimus, impar tamen exitus fuerit singulis ac fere toto caelo diversus; hinc inquirere diversitatis causam cupii, et inquisitioni adepta meae, sine ira et studio, aperte, si placet, exponere.

Quoad Hispanos, qui primum in Americam gentes deduxerunt suas, illud eluet, vocante auro ivisse; aborigenes, seu autoctonos servitute oppressisse; ita denique effecisse, ut hæ coloniae nullo deductae ordine, nulla, aut saltem satis clauda et caeca iustitia invisae, vigilatae semper haberentur, haud aliter quam si prisco sylvestri et inculto populo constant, quem europaea arma et bellicus ordo facile terneret ac sterneret, si pristinæ libertatis memores nonnulla ad hanc recuperandam molirentur.

Sed crescentibus populis neque ignoraris rei militaris, neque nesciis hispanicae nobilitatis, quam generosi fovebant, et, ex initis cum regionis foeminis coniugis, paterno sanguine nutriebant in venis, rebellare gentes, in libertatem, pacto foedere, vindicari.

care altera alteram, unaquaeque seipsam. Hispania tot demissis coloniis facta debilior, recusantibus hisce tributa pauperior, bellis involuta civilibus et exteris, impos igitur ad bellum remotissimum, tanto interfluente oceano procellis, et hostilibus naviis periculosisimum, coloniis suis viduata est, ope filiorum suorum, qui hispanum genus propriis cognominibus ostendebant.

Nec absimile fuit Britannis fatum in iis coloniis, quibus foederatae nunc Americanae republicae constant, ducendis. Patrio in solo oppressi sive re-publicae, sive religionis causa, in American populi demigrarunt; hi autem quia praesertim, uti origini sua mos, agriculturae et commerciis dediti, uberiori rem ex agris fructum, ex negotiationibus, ex armentis consequuti sunt. Satis fortes effecti libertatem suam armata manu adstruxerunt. Iuvit hos pariter interpositus oceanus, difficile iter, velis remisque tunc difficilius, et mensibus non diebus uti, nunc, vapore adremigante, absolvendum.

Quod vitium optime animadvertisentes, illum apud Indos, apud Afros, ubique demum in Australia, in Asia, in insulis modum inierunt; nempe, quo Romani usi sunt olim, qui devictis gentibus municipia, leges, libertatis denique speciem relinquebant, summa sibi potestate rerum unice retenta, et magistratibus pro-consularibus, praetoriis, legibus, si cum Romano lis esset, impositis; solitudine autem facta, si devicti rebelles extitissent proterviores, mittebant in agros desertos aut militares militiae functos, aut eos, qui, censoribus Urbem quinto quoque anno lustrantibus, a sede amoti fuissent. Quibus Romae imago quedam nova in illa colonia erat, ipsaeque leges, magistratus, et sermo, et iura, et arma, ac proinde quamvis alibi essent, Urbe non demigrasse videbantur. Quinimo tot post saecula, tot experti atrocissimorum hostium incursiones nondum originem et sermonem, et nobilitatem deposituere suam, quod in plerisque Hispanicis et Gallicis, et clarius in Rumanis adhuc animadvertisimus.

At Germanorum coloniae, siuae sint (colonos quippe esse fateor, colonias nego), diversa proponendum origine oriuntur. Foecunditate generis, angustia soli suadentibus, palabundi nostri huc illuc immigrant, nihil plerumque sibi praeter honestatem morum, propositorum tenaciam, et patiens laboris corpus gerentes. Hospitam ubi terram acceperint, illic morantur, nec de imperio cum incolis, nec de dominatu contendunt. Pauperes ad labores agrorum, divites, si adfuerint, ad commercia, ad emporia, ad negotiationes, rebus a Germania plerumque, immo fere semper petitis, maxima inter se dilectione coniuncti, maxima fide in habitatores loci, summa apud omnes concordia, a publicis rebus abhorrentes, nec reipublicae muneribus, nec honoribus inhiantes. Brevi fides, labor, pax eos apud omnes in deliciis collificant, cumque nostris huiusmodi coloniis maximam consuetudinem incolae ineunt, pactionibus societas confirmant, certi Germanam fidem atque honestatem non defuturas. Germanus Germanum accit ubi sua bene gradiantur; Germani Germanos. Sic fit globus, consanguineorum primo, dein affinium, denique amicorum, postremo ex his qui eodem de oppido, vel pago, vel provincia sint. Quid si quis ditissimus illuc fiat? Remeat in Europam, domum remigrat, ibique sciens experientia quae illuc mittere praestet, ubi olim ipse operarius fuerit, emporia adstruit, machinas comparat, et fabrefacta edit mittenda ad socios quibuscum vixit, quibuscum colonus versatus est, inde accepturus quae sibi sint opportuna et faciliora questui eo in loco ubi consedit.

Globus interea crescit, filii ad patres, nepotes ad avos, illo tacito modo, quo crescent aquae in lacu subterraneis nutrientibus venis et novo subterraneis e specubus exundante flumine. Si ex agricola solitario in campis desertis factum sit rus, tum oppidum fiet et pagus, uti in Guatema videmus, ubi ex agricola Germano unico plures agricolae facti sunt, ex casis oppidum, ex oppidis pagus, qui anno 1896 quingentos et unuin ac viginti millia saccorum fabae caffeine, navibus germanicis usi (nec alii, praeter sua, utuntur in omnibus), in Europam ad Amburgh portum dimisit.

Plures huiusmodi colonorum globi ubique; nec in ipsis maritimis Europae desunt probitate, moribus apud exterios honesti, invidi carentes incolarum, sua quaerentes atque curantes, alienarum rerum civilium incuriosi.

Hoc igitur sit, quod compendium studiorum meorum et quasi anacephaleosim dicerem. Galli et Anglia terras dominandas, regionesque locis infinitas quaerunt, scatentes bellis, impendiis, publicis sollicitudinibus. Nos Germani bellis, impendiis, curis omnibus vacui genus nostrum et lucra amplificamus in pace, ad nos omnia in pace trahentes.

P. ALT.

## DE THEATRIS ADEUNDIS

**M**ANZONIUS ille noster, qui renovatae christiana poesis nobis auctor fuit, in tragoeadia prooemo, cui titulus: *Il Conte di Carmagnola*, de spectaculis quoad mores nonnulla attingit, virorumque clarissimorum Bossuet, Nicole et Rousseau relecta sententia, insolitum ferme triumviratum nimia rigiditate arguit, ac iudicij sui causas scripto se traditurum proxime despondet, liberoque animo dicturum, quid contra sentendum putaret. Promissa tamen solvere oblitum fuisse clarissimum virum, cum non semel mecum conquestus sim, novissime de hodierna spectaculorum ratione scripturus aegerrime pertuli; nec immerito; vir enim pietate illustris et in Ecclesiae disciplinis, quae ad mores pertinent, apprime versatus de dramatica re, quam summo ingenio in civitatis bonum instaurare contenderat, aequius ferme ac tutius protulisset iudicium, quam clarissimi Galliae philosophi, qui eam numquam coluerint.

At contra, qui tantae auctoritatis sententiae in difficulti negotio absque erroris metu nos commissemus, silente iudicis voce, inter animi anxietates quotidie magis versamur, ac dubio illo, quod vir clarissimus protulit, utrum nempe in bonum an in malum reipublicae moribusque dramata cedant, multiplicata in dies eorum frequentia propius urgemur.

Et profecto, hodierna spectacula rerum publicarum omnium mensuram veluti quamdam merito praebere dicuntur; nullibi enim tam frequentes quam ad theatra convenimus, et caveae sibilis vel plausu ad nostrum omnium similitudinem auctorum operas actorumque animos, ut placito serviant, quodammodo effingimus; ita ut ex numero, genere ac exitu actarum apud nos fabularum popularium motum quasi effigiem exprimere tutum sit.

Quam tantam ferme frequentiam, ut de ea primum dicam, nemo qui hodierna societas conditiones tantulum consideraverit, mirabitur unquam; quo magis enim ingenuarum artium, literarum, disciplinarum studio hodiernos populos excultos conspicimus, eo magis, quibusvis aliis obsoletis ludis, uno tantum theatro oblectari necesse est. Erant profecto penes maiores gratissima gymnici ac gla-

diorii ludi omnes, festorum dierum laetitia, supplicationum pompa, religionis apparatus, triumphorum magnificentia, quae passim et per medium, quam dicimus, aetatem omnem, et hodie etiam per oppida et pagos inulta plebs veluti solas sibi delicias habet; quae si contra nobis ad recreandum animum adhuc exhiberentur, ecquis nostrum oscitationes somnumque reprimere?

Quamvis et id plures notatum est, si apud rusticam agricolarum plebem, rudiois alicuius theatri spectacula, quae satis intelligi ac aestimari valeant, agantur, concurrere statim omnes et insolita admiratione percelli, nec, absoluta fabula, nisi invito animo novaeque actionis iam avido discedere.

Et sane, humani ingenii est, ut post naturalis ipsius puleritudinis contemplationem, nulla alia re quam bonarum artium naturam imitantium operibus delectemur, tabularum vel signorum aspectu, musices ac poesis blandissimo auditu.

Sed cum in dies magis omnis generis negotia praecipi cursu nos urgeant, et nonnisi per exiguo ac selecto agmini iis excolendis recreari natura indulserit vel fortuna, theatrum ceteri adire quasi vi cogimur, in quo tantum licet his omnibus oblectamentis insimul iunctis a diurnis laboribus aliquantulum recedentes frui.

Immerito itaque, cum stipantur aulae praxis voluptatis sensuumque illecebris populi frequentia animis rigidis censoribus interduo tribuitur, quae forte non ad extollenda dramatum musicesve spectacula, sed ad favendum potius corruptis illis cuiusvis bonae artis tabernis, quas *café chantants* vocant, operam conferre rectius dices.

Graeci enim ipsi primi, apud quos dramatica poesis primum inventa est ac summum brevi fastigium attigit, quique bonarum artium omnium cultores fuerunt a nemine unquam superati, cum post gymanicos Iudos Pyndari carminibus supramodum delectarentur, ad tragoeidas pariter Aeschyl vel Sophoclis frequentissimi concurrebant. Imo et Atheniensis illa plebs eos populari plausu primos tragicae artis magistros salutavit, quos nulla vetustas a solio hucusque deiecit, minime vero quod summorum poetarum versibus ad corporis voluntates excitaretur, sed quod nonnisi pulchra quaeque adspicere, audire, lectissimum populi ingenium gaudebat.

Et sane Atheniensium theatra architecturae divitiis nitentia, altissimae poesis versibus, lyris, fidibus, citharisque, hominum denique instructo choro dulcissimo cantu resonabant, ita ut quae aida oblectamenti mens adhuc desideraret non essent.

Nobis vero, quae veteres cumulaverant, placuit distinguiri, summo hoc proposito, ut abacto musices strepitum tragica vel comica fabula hominum vitam, mores, affectus, eventus fidelissime imitaretur; cuiusvis enim artis perfectio ea est, ut sive exterioris naturae pulcherrimos aspectus, sive interiores animi motus aptissime, marmore, colore, versibus exprimat.

Musices contra praecipua ac pene divina indoles est, et nescio quibus latebris abditae origines, nec enim exemplar ullum harmoniae profert natura, nisi cantum avium, qui profecto ab hominum cantu quam longissime abest.

Harmoniae enim leges ac numeri, quibus et versus pedes et chorearum mensurae primum orta sunt, ex sui ipsis quasi gremio dignuntur, nisi illud credere placeat angelorum cantus a primis patribus in Eden exauditi memoriam et veluti echo manere, quem forte a parentibus eductus Iubal ille retulit, qui primus fuit pater canentium cithara et organo.

Verum, quidquid est, supremae haec ferme sunt

hominum  
inter assidu  
aerumnas  
trorum au  
multa, fateo  
scena prode  
neque pari  
dam quasi s  
Artem q  
pulcherrimo  
pretii missa  
Bossuet sen  
abstinentiu  
nulla relinqui  
lib. capitulo  
enibus M. co  
oblivio DE  
minimis A

CONSTAT  
dimetiendis  
numero, qui  
centus.

Haec per  
gressu temp  
vulgi cantib  
vocum saep  
ut producen  
nulla habere  
scripti coopti  
neque ita n  
graeacis.

Altius ta  
est. Nam v  
multo maior  
dominari ma  
cum lingua e  
licus numeru

Christian  
turavit even  
ad animum,  
nere sentent  
enim accent  
vocis » (1). C  
structural ver  
citaret sensus  
et gravitas ip  
Neque ta  
suavissime ca  
in eo studio  
dum veteres  
constarent, n  
sed a gramm  
rum saepe du  
doctrina. Qu  
musica: « Ita  
versu forte p  
ducas huius v  
loco ponas, i  
hendet gramm  
nihil aliud as  
quod hi, qui  
stant tractant  
producta usi  
dentium, san  
productiones  
raro occurru

(1) Art. Gr  
H. KEILH, vol.

uetitia, suppli-  
triumphorum  
mediam, quam  
m per oppida  
i delicias ha-  
dum animum  
oscitationes

, si apud ru-  
icuus theatri  
mari valeant,  
insolita admiri-  
i invito animo

post naturalis  
nulla alia re-  
tum operibus  
adspexit, mu-  
neris negotia  
i perexiguo ac  
natura indul-  
e quasi vi co-  
oblectamentis  
quantulum re-

ae pravis vo-  
quentia anti-  
ar, que forte  
e spectacula,  
cuiusvis bo-  
vocant, ope-  
os dramatica  
m brevi fasti-  
num cultores  
am post gy-  
modum dele-  
vel Sophoclis  
thenensis illa  
iae artis ma-  
a solio huc-  
morum poe-  
s excitaretur,  
picere, audire,  
ct. securis  
itecturae divi-  
lyris, fidibus,  
to choro dul-  
avida oblecta-  
sent.

erant, placuit  
acto musices  
minum vitam,  
tareatur; cuius-  
ive exterioris  
eriores animi  
bus exprimat.  
divina indoles  
origines, nec  
rt natura, nisi  
in cantu quam

quibus et ver-  
primum orta  
tur, nisi illud  
imis patribus  
echo manere,  
il ille retulit,  
a et organo.  
e ferme sunt

hominum mentis deliciae, quibus exulti ingenii viro, inter assiduos vitae labores, molestias, aegritudines, aerumnas licet aliquantulum recreari; his ad theatrorum aulas turnatim compellimus, neque etsi multa, fateor, ad sensuum voluptatem excitandam in scena prodeant, earum cupiditate plerique ducimur; neque pariter ad morum emendationem quaerendam quasi scholam spectacula adimus.

Artem quaerimus, eiusque insignium operum ac pulcherrimo gaudere artificio; cetera uti nullius pretii missa facimus: quod si, iuxta eloquentissimi Bossuet sententiam, a quibusvis adeundis spectaculis abstinendum nobis esset, honesta animorum remissio nulla relinqueretur.

I. ANTONELLI.

### DE VERSIBUS LATINIS

AD ITALICUM NUMERUM

**C**ONSTAT vel apud leviter eruditos, latinos versus, non solum mensura contineri, quae syllabis dimetiendis ac dinumerandis conficitur, sed etiam numero, qui εὐθεῖας graece dicitur, latine etiam *accentus*.

Haec percussionum lex, ad certa intervalla, progressu temporis praecipuam sibi partem ascivit, in vulgi cantibus maxime, longitudine aut brevitate vocum saepe neglectis. Tandem ita dominari coepit, ut producendi syllabas aut contrahendi ratio ferme nulla haberetur. Ac soluti quidem hac lege versus scripti coepi sunt ex nostris a Commodiano Gazaeo; neque ita multo post a Gregorio Nazianzeno ex graecis.

Altius tamen huius mutationis origo repetenda est. Nam vel ipsa Augusti aetate vis accentus multo maior apparuit quam antea. Coepit deinde dominari magis in dies, donec imperii rebus una cum lingua et religione conversis, liber omnino italicus numerus tandem aliquando revixit.

Christianae autem religionis indoles et vis maturavit eventum. Ubi enim omnia penitus referrentur ad annum, ibi necesse fuit principem locum obtinere, sententias easque per accentum efferriri. «Est enim accentus», inquit Diomedes, «velut anima vōcis» (1). Quo factum est ut, quum apud veteres structura versus atque artificium, instar musices, excitaret sensus, contra apud nostros sententiarum vis et gravitas ipsa pareret versus. Neque tamen vetus consuetudo condendorum suavissime carminum omnino cessit; quamquam qui in eo studio deinceps versati sunt, non quemadmodum veteres elementa omnia callebant, quibus versus constant, neque horum vero sensu ducebantur, sed a grammaticorum investigatione petebant, quorum saepe dubia praecelta aut nulla ratione fulta doctrina. Quam in rem apte Augustinus libro II *De musica*: «Itaque, v. g., cum dixeris *cane*, vel in verso forte posueris, ita ut vel tu pronuntians producas huius verbi syllabam primam, vel in verso eo loco ponas, ubi esse productam oportebat, reprehendet grammaticus, custos ille videlicet historiae, nihil aliud asserens cur hanc corripi oporteat, nisi quod hi, qui ante nos fuerunt et quorum libri existant tractanturque a grammaticis, ea correpta non producta usi fuerint». Ita apud Ausonium et Prudentium, sane praeclaros vates, ut omittant alios, productiones et contractiones ad arbitrium haud raro occurunt.

(1) Art. Gramm. lib. II, in *Grammatici latini ex recens.* H. KEILN, vol. I, pag. 431.

At sub initium aevi quod medium intercessit, corrupto latino sermone legitimoque sono deperdit, scribi copta sunt carmina, sacra praesertim, nulla prope metri lege servata, si paucos excipias, ut Paulum diaconum, Rabanum Maurum; plura etiam italico numero et vocum exitu simili; adeo ut quidam minime obiurganda communia eiusmodi carmina esse dixerint, quod iam non longitudine aut brevitate vocum, sed accentu continerentur. Excitato denique una cum ceteris artibus latinitatis studio, Clemens VII P. M. auctor fuit emendandorum sacrorum carminum, quae ad veterum exemplum restituta vidit Urbanus VIII.

Ceterum latinae musae satis feliciter in religionis sacerario se collocaunt. Ecquis enim non admiretur vel antiqua carmina Ambrosii, Hilarii, Damasi, Prudentii, Sedulii, Fortunati, Mamerti; vel recentiora Fracastorii, Flaminii, Bembi, Navagerii, Castilionis, Cunikii, Zamagnae, Massii; vel novissima Leonis XIII, quem a scribendis versibus animi plenis ac tenui filo deductis non deterruit cura terrarum? Nec mirum floruisse hoc laudis genere hanc urbem et florete adhuc, profanis multis frusta obloquentibus. Per Ecclesiam enim, augustalis aevi scriptoribus aemulandis assidue intentam, omnis fons elegantiarum e vetustissimo imperio integer defluxit ad posteros, quem religio ad purioris doctrinae latices derivavit.

Haec quamquam vera sunt, quid prohibet quoniam, quemadmodum in Italia barbarici numeri tentati sunt felicissime, ita latini fundantur versus, remota lege quantitatis et ad italicum numerum? Parce tamen et cum iudicio, ut opinor, extrema hac venia utendum est, ac fortasse nonnisi in festivis atque iocosis.

P. ANGELINI.

### LUDI ET FESTA MENSIS MAI

VER nunc est in medio cursu. Coelum enim ex omni parte apertum est atque serenum; aer purus, saluber, temperatus. Sol omnia sua luce compleat; eiusque calore fit renovatio mundi. Ripae enim, prata, montes viridissimis herbis vestiuntur; arbores foliis et floribus. Aves nidos sibi construunt et per arbores et sepes dulcissime canentes mane orientem solem, vespere occidentem salutant. Nunc homines elatiores se fieri sentiunt et ad iudicandum et ad agendum, nunc senum spes revirescunt, atque etiam aegri maiores animos recuperandae valetudinis capiunt. Ubique «spiritus», ut cum Vergilio loquar, «intus alit»; ubique fervet vita, ubique est motus.

Hoc anni tempore, hoc praesertim mense Maio, iam inde ab origine humani generis homines, diu itemis frigore et squalore fracti, cum non modo omnia, quae ob oculos posita essent, renascere viderent, sed sese quasi reviviscere sentirent, pietatis miro quodam sensu in Deum commoti sunt, eique sacra constituerunt. Tum actis rebus divinis facile se iunctitudinibus dabant multis adhibendis iocis et ludis, quorum numerus et pompa maiores esse cooperunt.


Inter omnes veteres gentes Graeci, qui, incredibili quadam mentis acie, ingenii celeritate et animi vivacitatem, animi oblectamenta cupidissime appetebant, vere (cuius personam, uti ex anaglyphis, quae dicuntur, satis clare appareat, finixerunt), cum multa sacra, tum mense Maio Thargelia in Apollinem et Dianam, quorum alter sol, altera luna putabatur, celebrabant. Apud Romanos vero decadente mense Aprili simulque Maio ineunte Floralia habebantur. Nota fabula est. Flora nymphe fuit. Ver erat: ipsa per agros errabat; eam conspexit Zephyrus, amore incensus est. Flora

### SOLATIA IN ADVERSIS

#### MODERAMEN IN PROSPERIS

Non erit semper sic;	Non erit semper sic;	Non erit semper sic;
Cur ingemiscis hic,	Licet sis satus hic,	Amico palam dic:
Quod tibi sit Fortuna	Per unum morbi flatum	Amas me honoratum,
Non semper opportuna?	Devolveris ad stratum.	Abborres desolatum!
Non angas te, el dic:	Dum vales, caute dic:	Fallax est amor hic,
Non erit semper sic.	Non erit semper sic.	Non erit semper sic.
Non erit semper sic, ita invenies.	Non erit semper sic,	Non erit semper sic.
Quamevis non unus hic est opus tuum.	Quisquis tristaris hic,	Multi se singunt hic
Inflatus vana sorte,	Perpende, quod hic luctus	Amicos corde leni;
Quam eras amittet forte,	Det gaudiorum fructus;	Sunt tamen dolis pleni.
Te spernat; ridens dic:	Solare te, et dic:	Hic nulli fidens, dic:
Non erit semper sic.	Non erit semper sic.	Non erit semper sic.
Non erit semper sic,	Non erit semper sic.	Non erit semper sic.
Quamvis sis felix hic,	In hac tellure hic:	Si quis te laudat hic,
Fortunae favor mari	Post nubem Phoebus redit,	Ad vultum bene facit,
Consuevit comparari.	Morbus solatio cedit;	Post tergum tela iacit;
Ne is te mergat, dic:	Hinc consolatus dic:	Utrunque fer et dic:
Non erit semper sic.	Non erit semper sic.	Non erit semper sic.
Non erit semper sic.	Sunt vana cuncta hic;	J. SERÍK VITÍNSKÝ.
Arcana nulli dic,	Non erit semper sic.	
Quamvis se facit urum	Contemne mundi dolos,	
Te nunquam proditurum	Coelique anhela polos;	
Dicat; nil credens, dic:	Hos consecutus, dic:	
Non erit semper sic!	Iam erit semper sic!	

abiit; at Zephyrus eam fugientem insequutus, atque consequutus uxorem duxit et florum parentem constituit. Quae fabula hoc mihi significare videtur, terram vere ab aëre temperato vel potius a sole laetificatam flores tam varios tamque iucundos gignere, stirpes generare, arbores alere atque augere. Quid autem dicam de agrorum et frugum lustratione? Cessabant omnia opera, requiescebantque, suspenso vomere, agricolae. Hi, solemni indicta pompa, patrios Deos magnopere precabantur, ut agros purgarent, depellerentque mala. Qui quidem ritus a maioribus nostris traditus, mutata forma, adhuc exstat et viget in compluribus Italiae vicis. Hoc enim mense Maio agri lustrandi causa solemnis dicitur pompa, eademque per medios agros incedit. Praeeunt tibicines et sacerdotes candido amictu vestiti; nonnulli robusti et validi homines illius, qui protector et patronus vici colitur, simulacrum humeris impositum ferunt; sequitur pia turba preces fundens. Loco certo ad Crucem ali-



Binnenhof et lacus Vyver, Hagae.

quam floribus ornatam pompa consistit sub ardenti sole. Tum omnes, genu flexo, manus ad coelum tollunt, oculos in simulacrum convertunt; sacerdos vero alta voce Deum precatur, ut agros frugesque quam maxime fortunet. Sacris igitur actis, pompa in vicum reddit.

Aevo, quod dicitur, medio maiores nostri mirum in modum kalendas Maias celebrabant. Florentiae enim, uti est apud Villanum, iuvenes, coetu inito, per urbis vias claustra, quae *cortes* vocabantur, tabulis septa et tenui panno cooperta exstribuebant; ibique una cum puellis, nova ueste induita, choreas agebant et sertis redimitti festive epulabantur. Deinde per urbem ad certos modos saltantes iucunditatibus laetitiaque se dabant. Bononiae autem *comitissae mensis Maii*, Ferrariae vero et Mutinae *reginae*, omnium pulcherrimae, creabantur; quae, in summo suggesto sedentes, multa accipiebant dona et magno honore erant. At mensis Maius amatoribus quam maxime gratus redibat. Mös enim erat, ut ad suam quisque puellam ramum foliis onustum vel potius viridem arbusculam ferret eamdemque ante ianuam configeret. Quod muneris genus vulgo *maium* nuncupabant. Praeterea iuvenis in amicam incondita quidem carmina cantabat, sed sensus plena et veritatis. Ex illis originem duxit lyricum illud carmen, quod vulgo *maggiolata* appellant, et cui duo praestantissimi viri Laurentius Magnificus et Angelus Politianus culmen perfectionis addiderunt. Neque genus hoc omne interiit; viget enim adhuc non apud homines litteratos,

sed apud populum nostrum, in quo mirus quidam poeticae facultatis sensus inest.

Hac vero nostra aetate nonnulli homines, rerum novarum cupidi, alia festa statuere student. Nos quidem haud fallit quantum temporis inter Laurentium Magnificum, qui et carmina kalendis Maiis componebat et ludorum auctor erat, et hos recentiores praeterierit; neque haec Lucretii verba ignoramus (*De rer. nat.* II, 67):

*Augescunt aliae gentes, aliae minuantur,  
Inque brevi spatio mutantur saecla animantium.*

Quare temporibus et moribus mutatis, prorsus necesse erat, ut festa et ludi simul mutarentur.

Quod si nova festa hoc mense Maio, omnium pulcherrimo, constituenda sunt, ea potius celebrentur, quae benevolentia devinciant et caritate homines.

D. TAMILIA.

febris conflictatus et vires et corpus amittit, dum aestus aigescens increbrescit. Itaque repentina vi, quasi ex insidiis prorupta, exardescit pneumonia, quae *influentiam* consequens, medicum difficillima cogitantem usquequaque facit, nec non, ut frequenter accepimus, omni medendi arti illudit. Erit igitur medici providentis, qua ex parte causaque exstitit, morbum hunc depellere, ut aut *influenta* per se tollatur, pneumonia cohibeatur, aut irrupta iam extinguitur.

Reliquum iam est, ut rationem atque usum tractandae *influentiae* demonstrem. Medicus, qui extremis digitis plane anatomice sentire et dignoscere sapit, sanguinis circuitum uniuscuiusque aegroti per humerum tergumque laevum turbatum et quasi tumentem inveniet. Humerus tactu dolet, itaque differt a reliquo corpore. Quoniam in sanguine posita est *influenta*, e sanguine pellatur oportet. Medicus digitis inhibitionem destringendo atque derivando, sanguinem in integrum redigens, ac aestui fomentum

## DE MORBO

CUI VULGO AB "INFLUENTIA", NOMEN

**C**OGITANTI mihi et de morbo ab *influentia* nun-  
cupato scribenti comparatio occurrit bellica fere  
haec, quam commode attingam. Veluti dux sagax  
et terrorem iniiciens cum feroci bellatorum paucitate  
ipsa sollicitare hostem segnem et debilitare conatur,  
ut infractum tunc cum acie et vi infesta ex insidiis  
immissa viris equisque adoriat, eique funestam in-  
ferat cladem; sic morbus, quem supra dixi, facessere  
mihi videtur. Primum enim adversarius iste fallax  
medico ludum suggestere machinatur, deinde credu-  
lum saepenumero decipit, omni vi ex insidiis prodit,  
vel summo medici artificio opponit, atque antevertit.

Iam vero, ne longus videar, morbum rapacem ipsum attingam, eumque quidem non ex iudiciis doctrinae, sed, quod legentis cuiusvis multo magis intersit, usu atque mei ipsius experientia, qui aegrotis eiusmodi mihi traditis singulis medebar, expromam.

Quid igitur *influentia*? Sicut morbi plerique sanguinis circuitu continentur turbato, qua et in corporis parte fluentis sanguinis inhibitio insederit, ea morbus terminatus infertur, qui progressus nomine differt, sic iste, de quo agitur, id causae praecipue habet. Homo, cui ex aëris iniquitate turbineque aliquid damni fuit, gravedinem contraxit, stomacho fit languens, tum febri aestuque, tum algens iactatur. Quatenus ita laborat, *influentia* quae vocatur afficitur. Inedia tamen, alterius vero partis vicissitudine

ex *caso* *albo* (1), quod propter substantiam acidam naturalem cognitum probatumque habeo, imponens, quam celerrime *influentiam* depellet. Quod si pneumonia exarserit, fomentum idem pariter imponet, renovandum vero omni semihora; remoto interim fomento, digitis tumorem pneumaticum destringet. Pneumoniae enim aestus nec aqua gelida nec glacie, sed aciditate expeditissime citissimeque extinguntur: acidus autem succus naturalis ex concreto illo quod supra dixi et alit quodammodo et reficit, et aestum restinguat.

Vratislaviae. Dr. H. Kamm

HAGA URBS

**H**AGA urbs, in quam ob convocatum de pace continentum multi mortales his diebus animum intendunt, ex Bataviae comitum mora primum nomen accepit *s'Gravenhaag*, quod est latino sermone *Haga comitis*. Locus enim quo, inter venationes, saepe nobilissima comitalis gens Batavica conveniebat, ciuitatis nucleus fuit, usque ad annum 1248, cum Wilhelmus ex domo Orange imperator renuntia-

(1) Casei albi nomine illud nos intelligimus, quod e lacte, butyro parato, reliqui est *concretum album*, e quo *caseus vacinus*, qui vocatur, conficitur.

tus ac coronatu  
perducere mora  
galem aadem ex  
domus frequent  
effecerunt. Hoc  
ctum est: paucis  
stituta, urbs eius

Wilhelmi B  
moria *Binnenbo*  
cat, magna aedi  
uti immuimus, c  
paulatim excitat  
tiquitus profund  
niebant, at recent  
ita instaurarunt  
ribus, aditus, mu

Singularis aegnai procuratio est  
tum lectoribus pugnae  
*Vyver*, quod ex  
chinis, alitur. La-  
gnificis domibus  
bilicus civitatis es-  
viae illius prospic-  
est, eique adversus  
peratoris equo ins-  
virum animo pos-

Urbem vero  
cis bellique laud  
praecolla opera a  
stris, Rembrandt p  
mul nomina plur  
ipsa genuit: Iacob  
celeberrimus culto  
ac astronomiae sa  
Meursius omnigen  
Ruysch anatomica  
nere optime merit  
eloquio elegantissi  
der, dux virtute a  
supra quinquagesim

# ALAF HODESIO illi,

Riori numero  
nicus vir non im  
Krupp, cuius licet



Regia d.

mittit, dum  
repentina vi,  
pneumonia, quae  
lima cogitan-  
quenter acce-  
igitur medici  
tit, morbum  
collatur, pneu-  
tinguatur.

ue usum tra-  
us, qui extre-  
et dignoscere  
e aegroti per  
n et quasi tu-  
et, itaque dis-  
nguine posita  
ortet. Medicus  
te derivando,  
stui fomentum

tus ac coronatus est. Qui, crebriores solitus illuc  
perducere moras, ut magis commodas redderet, re-  
galem aedem extraxit, quocircum paulatim rusticæ  
domus frequentiores in dies adiectæ, oppidum brevi  
effecerunt. Hoc tandem anno 1557 civitatis titulo au-  
ctum est: paucisque post annis, Batavica republica con-  
stituta, urbs eiusdem caput, sedesque *statolderii* fuit.

Wilhelmi Batavi imperatoris præcipua exstat me-  
moria *Binnenhof*, quod « atrium internum » signifi-  
cat, magna aedium cuiuscumque aevi moles, quae,  
ut innuimus, circa imperatoriam primam domum  
paulatim excitatae sunt, atque additæ. *Binnenhof* anti-  
quitas profundissimæ foveæ altaque moenia mu-  
niebant, at recentissimis temporibus pluribus in locis  
ita instaurarunt reges et cives, ut, interdictus maio-  
ribus, aditus multis ianuis nunc nepotibus pateat.

Singularis aedifici, ubi nunc omnis Batavici re-  
gni procuratio est, formam hic præbere non ingra-  
tum lectoribus putavimus, una cum illo veluti stagno  
*Vyver*, quod ex maritimis undis, actis vapore ma-  
chinis, alitur. Lacus amoenis ambulationibus ac ma-  
gnificis domibus circumdatus, centrum quasi ac um-  
bilicus civitatis est. Lectorum etiam oculis subiicimus  
viae illius prospectum in qua regia domus erecta  
est, eique adversum simulacrum illud Wilhelmi I im-  
peratoris equo insidentis, quod cives grato in tantum  
virum animo posuere.

Urbem vero celeberrimam faciunt, praeter pa-  
cis bellique laudes ac monumenta, artis picturæ  
præclara opera a Batavicae scholæ summis magi-  
stris, Rembrandt præcipue ac Potter, effecta, et insi-  
mul nomina plurimorum illustrum virorum, quos  
ipsa genuit: Iacobus Golius, orientalium linguarum  
celeberrimus cultor, Christianus Huggens matheseos  
ac astronomiae saeculo XVIII peritissimus, Ioannes  
Meursius omnigena eruditio præclarus, Fridericus  
Ruysch anatomicae disciplinae scientia de humano ge-  
nere optime meritus, Ioannes Secundus, poeta latino  
eloquio elegantissimus; denique Wilhelmus III *statol-*  
*der*, dux virtute ac prudentia summa, qui secundum  
supra quinquagesimum agens annum, anno 1702, obiit.

ALPHA.

## ALAFRIDUS KRUPP


RODESTIO illi, cuius vitam ac facinora in su-  
eriori numero brevi sermone recoluius, german-  
icus vir non immerito comparandus est Alafridus  
Krupp, cuius licet nomen in ore omnium sit, gesta

tamen eximia paucis  
tantum comperta esse  
tenemus. Quod acriter  
ferme dolendum  
est; constantiae enim  
tenacisque propositi  
ardua exempla nostris  
temporibus, quibus  
tot animorum imbe-  
cillitate querimur,  
perutilia esse arbit-  
ramur.

Hunc igitur, ado-  
lescentem quartum  
supra decimum agen-  
tem annum, pater  
mortuus correptus, an-  
no 1823, orphanum  
dereliquit, aeris alieni  
gravissimo pondere  
oppressum, atque hoc  
uno tantum in bonis præsidio, exigui ambitus op-  
ificio, quinque tantum operariis inservientibus, ad chalybem in fusoriis vasculis iisque omnino clausis liquan-  
dum, nuper ab eo exstructo, ut, paulo ante obitum  
initium consilium, inopinata mors interturbavisset.  
Itaque primi adolescentis conatus omnes ad paternum  
aes alienum solvendum, atque ad augenda simul  
officinae ambitum et operam ita contenderunt, ut  
brevi permagnas chalybis moles conflaverit. His vero  
quomodo uteretur non erat; nam cuneos, forcipes,  
trabes ceterasque machinarum partes conficerem tam  
exigui foenoris res erat, ut vix ad mercedes opifi-  
bus solvendas satis esset.

Tunc primum ad tormenta bellica exstruenda ani-  
num adiunxit Alafridus. Itaque anno 1843 binas fistulas  
ad igneum ballistam adiungendas, quas ipse sua  
manu finxerat, Berolinum, ut experientia probarentur,  
misit: quae tamen intactæ ad illum remissæ sunt;  
additumque, ballistas Borussorum exercitus ita præ-  
stare, ut iam nulla perfectione indigerent.

Vir tamen minime animo destitutus initam per-  
gens viam anno 1847 in Londinensis artium omnium  
recognitione chalybis molem 2000 chg. pondere gra-  
vem a se liquatam ostendit, quod tamen minime  
impeditivit, quominus insequenti anno, domesticae rei  
urgentibus angustiis, argenteas omnes suppelleciles  
quae domi essent venundare, quam unum ex suis opifi-  
bus dimittere maluerit. Hac indefessa animi con-  
stantia obtinuit, ut, dum domestica res tenuit adhuc  
laborat, opifici contra maior in dies am-  
bitus fieret, immo, cum præcipuum ipse  
artificium invenisset ad rotarum anulos in  
curribus, quos vapor rapiat, ex uno tantum  
chalybis fragmento, nullibi interrupto ef-  
fingendos, copiae eius  
tam brevi auctae sunt,  
ut facile quodvis vel  
audacissimum incep-  
tum aggredetur. Vidimus enim abdi-  
tum semper ac supremum eius desiderium  
fuisse, ut tormenta  
bellica sibi confi-  
cienda mandarentur,




Cavaedium magnum in Binnenhof, Hagae.

quod tandem anno 1860, imperante in Borussia Wi-  
lhelmo primo, est assequutus, ac trecentorum primum  
numerum exstruxit; quo brevi multiplicato, Boros-  
sorum exercitus omnis nullis aliis instructus est.  
Quae cum, in bello anno 1870 contra Gallos feliciter  
exacto, partae victoriae maximo auxilio fuissent,  
auctori suo ab imperatore nobilitatis titulum com-  
paraverunt, quem tamen ille modeste respuit.

Igitur, numquam nimia prosperitate elatus re-  
deuntibus adversis invictè occurrit; anno enim 1874,  
cum aes alienum trecenties centena millium marks  
contrahere coactus fuisset, tanta alacritate adlaboravit,  
ut decem annorum spatio omnino exsolverit. Interdum  
anno 1878 exstructionem loricarum quae bellicis na-  
vigiis apponenter in suo opificio incepérat, ad cuius  
rei prima experimenta in iaculatorio agro prope Mep-  
pen oppidum habita, duces militiae undique ex orbe  
ad centum usque convenerunt. Vir autem audaci-  
simus suis loricis adeo confidebat, ut binas turres ex  
ea construere voluisse, quae non simulata pugnam  
inter se tormentorum ictibus committerent. Harum  
vero in altera ipse sese includere cupiverat, nec a te-  
merario consilio recessit, nisi vetantibus omnibus opifi-  
ciis magistris, qui eius vitae prudentius cavendum  
esse censuerunt. Huiusmodi autem postremi ausus  
non licuit illi fructus colligere; anno enim 1887 vi-  
tam operosissimam mors absumpsit; at opificium,  
quod a patre quinque operariis instructum accepérat,  
ita auxerat, ut ad viginti millia numero tunc adnu-  
merarentur, quorum familiis computatis, septuaginta  
millia et amplius viventium populus inventus est.  
Multitudo hodiernis temporibus ad centum millia  
brevi est aucta, atque Essen urbs universa nonnisi  
ferme ex Krupp opificiis eorumque operariis consti-  
tuitur, cui et latissimum illud Guison in civitate  
Magdeburgensi, et machinarum in civitate Tegel,  
et navium in portu Kiel, adiecta sunt.

A. COSTAGGINI.



Regia domus et simulacrum Wilhelmi I imperatoris, Hagae.

## AVE MARIA

Salve, muneribus mentemque animumque supernis  
Exundans: tecum est, inclita Virgo, Deus.  
Olli cara niles pœ cunctis una puellis,  
Alque ueli proles est benedicta tui.  
Ipsa, Dei Mater semper purissima, sones  
Ne cesses precibus nos refovere tuis,  
Et modo lactatos incerti fluctibus aevi,  
Summam et clausuros, morte premente, diem.

N. FILONARDI.

## ACTA SANCTAE SEDIS

INDICTIO UNIVERSALIS IUBILAEI  
Anni Sancti MDCCCC.

**E**LAPSO huius mensis maii die xi, Ascensionis Domini memoriae recolendae dicato, Universale Iubilaeum Anni Sancti MDCCCC indictum est, de quo in proximo numero peculiariter erimus scripturis.

In suis litteris Supremus Orbis Pastor, nonnullis praemissis de *Iubilao magno* in Christianorum mores inducendo atque a Summis Pontificibus sancto, prae-assertim vero de postremo, anno MDCCXXV, peracto, eiusdem nostris hisce diebus opportunitatem declarat, cum ipsa ratio temporis, tot tenebris erroribus que obductis, tamque ingenti multitudine in interitum ruente sempiternum, videatur postulare.

Deinde his verbis prosequitur:

Quapropter sublati in caelum oculis, divitem in misericordia Deum enixe adprecati, ut votis inceptisque Nostris benigne annuere, ac virtute sua illustrare hominum mentes itemque perniovore animos pro bonitate sua velit; Romanorum Pontificum successorum Nostrorum vestigia sequuti, de venerabilium fratribus Nostrorum S. R. E. Cardinalium assensu, universale maximum Iubilaeum in hac sacra Urbe a prima vespera Natalis Domini anno millesimo octingentesimo nonagesimo nono inchoandum, et ad primam vesperam Natalis Domini anno millesimo noningentesimo finendum, auctoritate omnipotentis Dei, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, quod gloriae divinae, animarum saluti, Ecclesiae incremento bene vertat, indicimus per has litteras et promulgamus, ac pro indicto promulgatoque haberi volumus.

Quo quidem Iubilaei anno durante, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus et confessis sacrae Communione refectis, qui beatorum Petri et Pauli, item Sancti Ioannis Lateranensis et Sanctae Mariae Maiorioris de Urbe Basilicas, semel saltu in die per viginti continuos aut interpolatos dies sive naturales sive ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei ad integrum subsequentis diei vespertinum crepusculum computandos, si Romae degant cives aut incolae: si vero peregre venerint, per decem saltem eiusmodi dies, devote visitaverint, et pro Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, catholicorum Principum concordia, et christiani populi salute piis ad Deum preces effuderint, plenissimam peccatorum suorum indulgentiam, remissionem et veniam misericorditer in Domino concedimus et impertimus.

Quoniamque potest usuvenire nonnullis ut ea, quae supra praescripta sunt, exequi, etsi maxime velint, tamen aut nullo modo aut tantummodo ex parte queant, morbo scilicet alia causa legitima in Urbe aut ipso in itinere prohibiti; idecirco Nos piae eorum voluntati, quantum in Domino possumus, tribuimus ut vere poenitentes et confessione rite abluti et sacra Communione refecti, indulgentiae et remissionis supra dictae participes perinde fiant, ac si Basilicas, quas memoravimus, diebus per Nos definitis reipsa visitassent.

Quotquot igitur ubique estis, dilecti filii, quibus comodum est adesse, ad sinum Roma suum vos amanter invitat. Sed tempore sacro decet catholicum hominem, si consentaneus sibi esse velit, non aliter versari Romae, nisi fide christiana comite Propterea posthabere nominatim oportet leviorum profanarumque rerum intempestiva spectacula, ad ea converso potius animo quae religionem pietatemque suadeant.

THOMAS,

*Qui bene colloquitur coram, sed postea prave,  
Hic erit invisus, bina quod ora gerat.*

(AVIAN., Fab. 29).

*Omnes homines natura libertati student, et conditionem servitatis oderunt.*

(CAES., B. G., 3, 10).

## VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

**A**ugustinus Bausa Cardinalis, Archiepiscopus Florentinus, ex Ordine Praedicatorum, vir singulari pietate et doctrina praeditus, primos annos ex initio sacerdotio ad Christi fidem propagandam in orientalibus plagis consumpsit, ubi et impetus barbarum gentium et vulnera quoque passus est. Florentina in domo philosophiam ac theologiam docuit; deinde sacri palatii apostolici magister renunciatus est, et anno MDCCCLXXXVII inter Patres Cardinales cooptatus.

**P**hilippus Klementz Cardinalis, Archiepiscopus Coloniensis, consilio et opera inter civilem et ecclesiasticae potestatem dissensiones, quae Dioecesim eius curae commissam iamdudum perturbabant, compositus, et magnam sibi gloriam peperit. Natus erat Koblenz kal. dec. MDCCLXXXIX.

**S**tephanus Azarian, Patriarcha Ciliciae Armeniorum, in id maxime incubuit, ut Armeniorum religioso dissidio late magno optatus finis imponeretur, quod probe actum esse satis contemptum habemus.

**E**duardus Pailleron Gallicus animum praecipue ad scribendas fabulas appulit, quarum notissima illa cui titulus: *Le monde où l'on s'ennuie* optima stat adhuc.

**H**enricus Kiepert Berolinensis clarus terrarum descriptione evasit.

**M**arsch geologus inter magna vitae pericula Americanos montes Rocky investigavit, ibique fossilia, eademque gigantea, vertebrata animalia inventit; cuius eventus memoriae conservanda gratia institutus est equestris ordo ille *Dinoceratidum vel Dinosauriorum*, quo in Americis insignes doctrina viri decorantur.

## TELEGRAPHICA SIGNA

NULLO ADHIBITO METALLICO CONDUCTORE TRANSMISSA

**I**nventa nuper a clarissimo italico nostro Marconi, ad telegraphica signa transmittenda nullo adhbito metallico conductore, ab eorum initio maximae quidem utilitatis visa sunt tantamque spem excitarunt, ut ab a. 1897 non communis alacritate continua experimenta posita sint, quae usui apta quantum possibile esset ea redderent. Neque studia haec incassum cessere; iamque alias locuti sumus quomodo iis usi fuerint Hispani ac Americani inter se bellum gerentes; at praecipue maior utilitas recens apparuit, quum signa ex litore ad nave in medio mari positas communicata sunt; quod ipse Marconi effectus ex Angliae litore ad *yacht Osborne* in quem dux Vallensis concenderat; quae scilicet navis a litore 13 km. aberat, colle 50 m. altitudine interposito. Immo, referunt, tandem illud resolutum esse problema, quo litora ac naues lumine noctu inclarescentes inter se communicare ad invicem possent. Nihilominus anglica societas *Wireless Telegraph and Signal Company*, quae nunc de Marconi telegrapho proprietatis chartam habet, nondum ex his inventis ullum incrementum obtinuit. Prae omnibus, 50 km. distantia, quae Marconiana telegraphiae maxima est, inferior exstat illi 60 km. distantiae ad quam telegraphicum-otticum systema pervenire potest; et quamvis interposita obstacula, ut sunt colles, nemora, impedientia quominus huius systema adhiberi possit, Marconiana inventa haud inutilia reddant, tamen notabiliter, ut demonstravit prof. Slaby, maxima valorem distantiae immittunt. Gravior difficultas rerum communicandarum secreto exoritur; si enim accommodatum instrumentum eo in spatio quod ondulationes percurrent, aptetur, optimae quae hinc et inde notificandi sint ab aliis cognosci poterunt. Cui difficultati occurrendi gratia, duplex proposta est methodus, altera a professore Zickler, cuius consilium fuit ut a Marconiana methodo discederet at photo-electricam telegraphiam excogitaret, altera a Lodge, Muirhead, et a M. Tietz, qui eadem inquirent, ut perficerent Marconiana instrumenta, dissimilibus tamen usi sunt.

Photo-electricum systema a proprietate procedit, quam possident radiationes ultra-violaceae, faciliorem reddendi transitum electricis scintillis inter duos traductores inter se oppositos. Instrumentum ad signa transmittenda quod

Zickler excogitavit in communi electricae lucis projectore consistit speculo vel lente munito ex silicij oxido, quem *quarzum* vocant; addito moderamine, cui officium arcum voltaicum semper in eadem positione servare. Ante projectorem vitrea, magni spissoris, lamina est, quae si viae luminis interponatur, radiationibus ultra-violaceis impedimentum infert; hae vero libere transeunt, quum illa lamina auferatur. Receptor ex vitrea capsula constat, quam anterie ore in parte ex *quarzo* lamina exactissime claudit, et quo aer ad 200 mm. rarefactionem perductus fuit. In eadem capsula duo brevi inter se distantes adsunt conductores (*electroda* vocantur), ambo platino contecti, sphericam alter, alter circularem formam exhibens, qui ita inclinatus disponitur, ut maximam radiationum, quae a projectore manantes per lentem ex *quarzo* ante capsam positam colliguntur, partem recipiant. Haec duo *electroda* cum extremis coniunguntur secundarii circuiti unius ex iis parvis instrumentis quae Rumkorff, ad electrica fluxa per inductionem procreanda, excogitavit. Ita vitrea lamina instrumenti transmissoris quum auferatur aut interponatur in viam manantis luminis, excitat aut impedit scintillarum fluxum inter receptoris *electroda*. Tunc quodam ex illis instrumentis, quibus *coherer* nomen, in Morse scribenti apparatu signa recipiuntur. Punctum atque linea diversis diurnitatibus fluxus scintillarum convenienti. Prof. Zickler ex experimentis reperiit, apparatus, quamvis 130 metr. distantia obsint, perfecte munere suo fungit. Et ipse sibi suus novum sistema in usum se posse adducere, quum maioris vis projectoribus et ex *quarzo* latius patentibus lentiibus usus sit, atque *gas* illius quod receptoris capsam replet, in qua *electroda* sunt, naturam permutteret.

Aliis contra, quum satis demonstratum esset Marconianum systema complures difficultates vicesse, visum est ab illo non omnino discedere, sed potius opportune transmittentes et recipientes apparatus perficere, ut secretum communicandarum rerum assequerentur: in telegraphicis enim per Hertianas ondulationes systemate facile secretum habebitur, si transmissores apparatus adhibeantur emitentes certas praeferitaeque longitudinis ondulationes, et receptores qui pro iis tantum resonent ondulationibus. Ex hoc aliae etiam consequentur utilitates: quae enim prima a transmissore ondulatio ad receptoris collectorem peruenit, in eum vibrations excitat; sequentes autem praecedentium effectum augent, si collectori vibrandi tempus periodicum idem est ac radiatori; aliter, immittunt. Quae cum assequatur perfecta compositio inter duos apparatus, pari vi longius signa transmitti poterunt.

Hoc vero, quod *a priori* tam facile videtur problema, in usu difficillimum se praebuit; attamen soluisse affirmantur Lodge, qui inter primos electricis ondulationibus studuit, et Muirhead, qui permultos telegraphicis apparatus perfecit. Horum systema patet ex anglica proprietatis charta, quae edita mense augusto elapsi anni ante omnia usum demonstrat duorum conductorum ad emitentes et ad recipientes ondulationes omnino parium. Sed quia cetera instrumenta cum his duobus conductibus coniuncta possunt admodum synchronismum immitare, ad haec praecipue incubuerunt Lodge et Muirhead sibi vindicantes quasdam singulares rationes resonatoris et *coherer* inter se coniungendi, praesertim in receptore apparatus. Praeterea ipsi praefrerunt unius contacti *coherer*, quod e tenui acie ad flexilem ex alluminio lamnam applicata constat, et complurium horum instrumentorum usum commendant, ita inter se coniunctorum, ut consequenter in circuitum receptoris apparatus admittantur. Quod si una lamina aut hasta colligens adhibeatur, commendant etiam in circuitu condensator instrumentum addere, quod cum terra vinciat *coherer* extremitatem, ei oppositam extremitati, quae cum colligente lamna communicat.

Eodem argumento, illis scilicet rationibus quibus synchronismum inter transmissorem et receptorem assequetur, M. Tietz e Charlottenburg studuit. Prae omnibus id experimentis demonstravit, maxima quae suo systemate Marconi assequutus est spatia a cylindrica forma procedere, ad quam electricae ondulationes ab hastis manantes intendunt. Invenit praeterea, ut ondulationum effectus in collectore maximum sese exhibeat, oportere, ut perfecte colligens et radians instrumentum resonent, et

excitatoris et revelatoris nullo modo resonantem cum terra coniungantur, *coherer* adhibeatur; *bolometrum* vocant, usus est. Dispositus tandem instrumentum recurvis, in paraffina confixis conductoribus translatum spatiis impellentiores vim dimittit, exitum feliciter, ita rem perficere, ut a puncta et lineas immutatae praeditum noscitur sensibile, et de hoc ut luminosum radiolum *bolometrum* suum manu

TURRITI GAL

Pandite  
Divers se  
Impositam

**A** NNO 1797 John illius turriti, qui moniis proceres utuntur, est. At alite lugubris insigni munitus quo Strand ex officina suarum ingens fuit. Diffugerat quam a daemone, manifestare exangues in via et rictu hiare canes, conteri pedibus fugientem cumstare, arripere, atrahere ad iudicem, Illuc, ut extra vinculum anglica tradenda fiscus contritis, dolentibus Reus videbatur, quod galero, urbem comitum vulnernum causa fuisse.

At quam prona est men illud capitum, quae turiae capitis conportunum est, et verum habetur, quod ita exsistit, ut ferme tota turbaretur, et ipse in gravi multaretur, ne phaliter ferri, in opere festis diebus, et regnare est. Et eo quidem illa fit gerent in manu, tecto capite necesse.

Innumeris narraturerum huiusmodi, riguntur; sed premunt armis rerum, quibus liberum tamen unam seque. Vocare ut a senatore glos, delegatis viris, mos est, ut sint tenebent si surgant petere honoris causam huius vel huius loquantur, galeriti

ae lucis projectore  
ilicij oxido, quem  
ui officium arcum  
servare. Ante pro-  
a est, quae si viae  
-violaceis impedi-  
, quum illa lamna  
at, quam anteriore  
laudit, et quo aer  
it. In eadem capsâ  
ductores (*electroda*  
ericam alter, alter  
linatus disponitur,  
jectore manantes  
sitam colliguntur,  
n extremis coniuncto  
parvis instrumentis  
inductionem pro-  
instrumenti trans-  
atur in viam ma-  
ntillarum fluxum  
m ex illis instru-  
se scribenti appa-  
linea diversis diu-  
niunt. Prof. Zickler  
anvis 130 metr. di-  
fungi. Et ipse sibi  
se adducere, quum  
latius patentibus  
receptoris capsam  
permutaverit.

excitatoris et revelatoris hastae identicae sint. Item re-  
tulit collectarum ondulationum vim sensim minuere, et  
nullo modo resonantia consequi posse, si conductoribus  
cum terra coniungantur, ut in Marconiana methodo, et  
coherer adhibeatur; quam ob rem ille instrumento, quod  
*bolometrum* vocant, ut quodam *thermo-electrico* elemento  
usus est. Disposuit etiam novum ad ondulationes exci-  
tandas instrumentum, quod constat ex multis brevibus,  
recurvis, in paraffina lamina, quae oleo immergatur, ita  
confixis conductoribus, ut inter eos breve ad scintilla-  
rum transitum spatium intersit. Hac agendi ratione multo  
impellentiore vim obtinuit. Quum autem prima experi-  
menta exitum felicem sortita sint, sperat ipse Tietz se  
ita rem perficere, ut ad illa perveniat spatia, quae iam Mar-  
coni assecutus est. Ad signa a suo *bolometro* prodita in  
puncta et lineas inimitanda illa usus est proprietate, qua  
praeditum noscitur selenium, luminosissimis ondulationibus  
sensibile, et de hoc lamnam pilae circuitui interposuit,  
ut luminosum radium a galvanometri speculo, quum  
*bolometrum* suum munus agat reflexum, super eam incidat.

L. M.

**TURRITI GALERI FASTA ET NEFASTA**

Pandite nunc *Helicona*, *Deae*, cantusque movete,  
Dicere seu petasum placeat, meliusve vocetis  
Impositam capitii turrim,... quo nomine, Musae?

itaque ut, quum reipublicae Chamberlainus minister  
ex abrupto interroganti delegato cuiquam surgeret  
responsuras, ideoque contextus capite stare deberet,  
galerum turritum proprium suspicere putans, loco  
proprii, galerum proximi collegae Goschenii sum-  
pserit, et quodam oratorio impetu, puto etiam ad  
ostentationem parati animi, in caput intulerit. At,  
infausta sibi sorte, Chamberlaino exiguum caput,  
Goschenio enorme; hinc unum fuit misero Cham-  
berlaino imponere galerum, et hoc ad humeros  
usque descendente non modo videri (horribile visu!)  
vivum sine capite corpus, sed in illa turri inclusu  
capite pene suffocari. Hic quo modo poterat, ne  
suffocaretur, evellere, eripere, et inter unanimis  
risus hilaris concilii madidam sudore frontem et  
genas, et sanguine rubescensem et pene liventem  
vultum ostendere, dum delegatus popularis interro-  
gans superciliosus ait: « Videtur mihi minister  
optimum fecisse, quod factu reliquum erat unum,  
galero imposito evanuit, et sic se surripuit ».

Hanc praeter utilitatem, quam turrito galero illi negabit nemo, alteram, mehercule!, non video.

Respondeo: Fateor, atque confiteor. Quis enim inficiabitur homines esse animalia rationalia semper, et interdum ratiocinantia?

A. VIEILLOT.

# TURRITI GALERI FASTA ET NEFASTA

Pandite nunc *Helicona*, *Deae*, cantusque moveat,  
*Dicere seu petasum placeat*, meliusve vocetis  
*Impositam capiti turrim*,... quo nomine, *Musae*?

**A**NNO 1797 John Hetherington pilei, galeri, petasi illius turriti, quo nunc in solemnioribus caeremoniis proceres utuntur, inventor et auctor dicendus est. At alite lugubri. Quum enim ipse primus illo insigni munitus quoad caput in londinensem viam *Strand* ex officina sua egrederetur, rumor et tumultus ingens fuit. Diffugere puelli obvii exclamantes tanquam a daemone, mulieres attonitae, perculsae deficere exangues in via, latrare contra tumentes ira et rictu hiare canes, misceri omnia, et concidentes conteri pedibus fugientium. Apparitores, accensi circumstare, arripere, auferre miserrimum Hetherington, trahere ad iudicem, quem *Lord Maire* nuncupant. Illic, ut extra vincula causam diceret, centum aurea anglica tradenda fisco fuerunt, quibus damna fractis, contritis, dolentibus rependerentur. Qua de causa? Reus videbatur, quasi, illo insueto, turrito, lucenti galero, urbem commovisset, gentibus terroris et vulnerum causa fuisset.

At quam proni absurdia in omnia homines! Tegmen illud capitis, quod (vera fateamur) neque naturae capitum consonat, neque festino cuiquam opportunum est, et ventorum ludibriis obnoxium satis habetur, quod ita exlex et daemoniacum primo visum fuit, ut ferme tota urbs princeps non mediocriter turbaretur, et ipse inventor et auctor primus poena gravi mulctaretur, mox a primoribus indui, triumphaliter ferri, in optimatum et procerorum usu, et festis diebus, et regalibus domibus dignum visum est. Et eo quidem illatum, ubi non leve incommodum fit gerenti in manu, quum obsequii causa stare detecto capite necesse sit.

Innumeris narrare possum historias, quae, ob galerum huiusmodi, ridiculi notam gestantibus indiderunt; sed premunt angustiae amplitudinem et copiam rerum, quibus liber vix aequus esset. Recentiores tamen unam sequar. In populari curia (sic lubet eam vocare ut a senatoria curia discernam) apud Anglos, delegatis viris, assidentibus in concilio legiferos est, ut sint tecto capite, pileati. Demittere debent si surgant petituri ius interloquendi, et adlevare honoris causa si quis, concionem faciens, nomen huius vel huius pronunciet. Ceterum, taceant, loquantur, galeriti omnes et semper. Factum est

**FRUSTULA**  
*De mense Maio.*  
**M**AII mensis nomen ex eo ortum duxisse putat Ovidius poeta, quod cum Romulus exstructa urbe incolas in duas partes distribuisset - alteram seniorum, qui multarum rerum usu rem publicam adiuvarent; iuvenum alteram, qui armis defenderent - illorum in decus mensem Maium dicaverit, horum vero Ianius insequentem. Quidquid tamen fuerit, et Mercurio anteā, deinde Apollini mensem hunc consecratum satis compertum est, atque ad sui ipsius poenas luendas apud Quirites accommodatum; plura enim de hoc indicia reperiuntur.

Placet imprimis illud recolere idib. Maiis in more  
positum; prope Capenam portam ad templum lu-  
cumque Mercurii cives convenire, ibique ramulum  
laureum in manibus gestantem quemque ad invicem  
aqua in lucu perfluente se conspergere, numenque

invocare, ut peccanti parceret: interim sacerdos solemní pompa Berencynthiae Deorum matris simulaçrum afferre, idemque ipsa aqua lustrare. Adde et tubarum ablutionem, ut Vulcanus bellis faveret, terrorem illarum sonitu hostibus iniiciens; denique sub mensis plenilunium longe maiorem ritum illum, in ponte Sublichtio actum, de quo Ovidius ipse:

*Tum quoque Priscorum Virgo simulacra Deorum  
Mittere roboreo stirpea Ponte solet,*  
et:

*Illum Stramineos in aquam misse Quirites  
Herculis exemplo corpora falsa iaci;*  
scilicet ad Saturni numen expiandum, quotannis,  
adstantibus Vestalibus omnibusque in re publica prin-  
cipibus, in Tiberim Argivorum simulacra triginta a  
pontificibus proiici.

*polonica*as Proter. **♀** *longimana* *longipennis* *longipalpis* *longipennis* *longipalpis*

Alia mense Maio apud Romanos s

Kalendae Maiæ Bonæ Terræ

Kalendas Maias Bonae, Terrae matris, dicatae erant, cuius ad templum in Aventino matronae sacrificia offerebant, quum illud viri ingredi omnino prohiberentur. viii idus ad bona et noxia genia pianda Lemuribus initium erat per noctes tres actis; xii au-

tem kal. iun., magna populi frequentia atque ipso pontifice maximo statum sacrificium factitante, *Agonalia* renovabantur, Iani in honorem, ut est apud Ovidium, vel Agonis rerum gerendarum numini; tandem ad x kal. iun. alterum erat *regifugium* indictum.

[View more](#)

*De chirothecis.*

Digitalia vel chirothecae, quae apud omnes in usu nostris hisce diebus sunt, nullibi apud veteres adhibita esse legimus, sed tantum intra medii quem dicimus aevi saecula inventa, forma et coloribus varia, atque ipsa materia: erant enim etiam ferrea, quibus equites pariter ac pedites manus plerumque in proeliis muniebant. Chirothecis, si quis coram praeposito consistenteret, manus expoliabat; quod fideles primi templum ingressuri servabant. Iudices quoque ne pro tribunali sedentes iisdem uterentur prohibebantur; nec illis qui cognatorum mortem lugerent induere licebat. Si quis vero amico sibi obviam venienti dexteram vestitam adhuc chirothecis obtulisset, quasi amicum ad bellum provocasse existimabatur, et cogebatur ad pugnam. Sed haud perraro, molliori illa aetate, noctu etiam mulieres utebantur, odorata pulvere intra conspersis; mulierum autem chirothecae pellibus tantae tenuitatis conficiebantur, ut in iuglante custodiri possent. Optimae undique chirothecae praedicatae sunt, quas Venetae mulieres, ea praesertim die, qua ducem ad *maris nuptias* super triremem cui nomen *Bucintoro* comitabantur, inueniebant.

100

*Iocosa.* Relata refero, *hostiae* vero nomini parcam.  
Angliae regina insignem salutaribus artibus et medicinæ peritissimum virum archiatrum sibi elegerat, regiasque litteras miserat, quibus ad solemne officium advocabat. Ille tanto laetus honore, qua in aula iuvenes erudiebat, uncialibus exaratum charactibus folium parieti affixit, ut adventantes certiores faceret de nova hac gloria et de munere sublimi quo decoratus esset. Lepidus inter discipulos quidam, arrepta temporis opportunitate, ambitioso folio subdidit glutine versum clari illius hymni, notis musicis illustrem, quem Angli patrium habent. Quo factum est, ut venientes immediate legerent sub designatorias litteras: «*God save the Queen!*» Quod est: «*Deus tueatur reginam!*»

REVUE DES TRAVAUX

Foedus inter Angliam et Russiam - Bellum ad  
Philippines - Ibericae res - Danorum ad con-  
ventum de pace, postulata - Maris Persici vi-  
ces - Pax inter Germaniam et Americam -  
Summo Pontifici arbitratus commissus.

**F**OEDERE, quod Gallia ac Italia nuperrime inie-  
runt, novum iam longeque gravius Russiam  
inter ac Angliam sancitum nunciatur, quo abacta  
tandem mira dexteritate omnia belli pericula sunt,  
cuius causae crebriores in dies ex extremis orientalis Asiae litoribus gigni videbantur. Pactionem *Lord* Salisbury universo orbi in regali Academia Londiniensi aperte pandit, qua hinc Russi in Manciuria provincia, inde Angli in Yang-tse omnimodam libertatem agendi nacti, industres suas quisque res magno foenore colent. Utrique autem contrahentes de Sinensium imperii integritate nullimode solliciti, quoad moderatorum eius consensum nec verbum quidem faciunt.



## COMMENTARII "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

### II num. ann. II.

De probabili foedere inter Angliam et Americae Septentrionalis civitates - A. ZAMA.  
De ethnicorum scriptis in adolescentium institutione retinendis - F. TEDESCHINI.  
Minuciana - F. RAMORINO.  
Ex Bosphori litoribus - B.  
Tenui victu contentus, Ingluviem fuge. *Ad Fabricium Rufum. Epistola* - LEO XIII.  
De Moscoviae imperatoris consilio circa pacem - MONTELUCCIUS.  
De monumento sepulcro Romuli attributo et in effossonibus Fori Romani nuperime invento - H. MARUCCI.  
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.  
Antonius Fogazzaro - HER SILUS.  
Quaedam de instauranda sacrorum dierum observantia - LAELIUS.  
De Laocoontis statua - I. CASCIOLO.  
Annales - EGNATIUS.  
Acta Sanctae Sedis - THOMAS.  
Aenigmata - X.

### III num. ann. II.

Maiora imperia quae nostra aetate habenda sint - EU CALYPTUS.  
De Isaaco Thoma Hecker - C. I.  
Franciscus Coppée poeta - D. TAMILIA.  
Ex Gallia, De Galliae conditionibus in praesentiarum - SENIOR.  
Latinae adnotatiunculae - F. R.  
An florum usus fuerit in exsequiis veterum christianorum - I. BONAVENIA.  
*Gustave Zédé* navigium in mare nuper dedicatum - LAELIUS.  
De Iudaica gente in Europa - B. NELLI.  
De Judith tabula Petro Aldi auctore - I. CASCIOLO.  
In memoriam - C.  
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.  
De California eiusque incolis - ALPHA.  
De nebulosis inter sidera Orionis et Cete - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
Bacchanalia romana ut olim celebrata, ut nunc - FRANC. X. REUSS.  
Gratus Columbianorum animus in Christum Iesum - N.  
Annales - EGNATIUS.  
Acta Sanctae Sedis - THOMAS.  
Logographus - C. DE ANGELIS.

### IV num. ann. II.

De coloniis deque earum utilitate - EU CALYPTUS.  
De musica graeca - F. RAMORINO.  
De monumento cardinali Lavigerie erectorum - LAELIUS.  
Leopardiana - JOSEPH.  
Ascensus in Alpes - FRANC. X. REUSS.  
De lyricis Horatii carminibus - I. LEMETTE.  
Gladiator morti proximus - CAIUS.  
Nititur in caelum virtus - T. C.  
Ex Batavia - M. L. MICROVIR.  
De Sancti Ioachimi templo - A. P.  
De veneti ducis palatio - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
In Alexandri Volta honorem - ALPHA.  
*Tremulus Daemonis sonitus vulgo Il trillo del diavolo* - HER SILUS.  
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.  
In memoriam - C.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - EGNATIUS.  
Aenigmata - X.

*In secunda operculi pagina.*

Varia: *Nuptiae tristes - Regna profunda - Cielopibus digna - Numerorum arcana - Venrandae Buddiae - Horologium praestantissimum* - Ioci.

### V num. ann. II.

Leoni XIII Pontifici Maximo - C. DE ANGELIS.  
Christophori Columbi ubi cineres - A. GALLI.

Felix Faure - EU CALYPTUS.  
Gallorum reipublicae praesides summi - LAELIUS.  
Scalae Sanctae - FRANC. X. REUSS.  
De populari civitate deque pecuniarum ratione in ea - B. NELLI.  
Mondragone - TITUS.  
Intellectuales qui dicuntur - D. TAMILIA.  
Minuciana - Comparatio Tertulliani et Minucii - F. RAMORINO.  
Amphitheatrum Flavium in pristinam formam restitutum - I. CASCIOLO.  
Ex Germania. De commentariis et de duobus nunc in Germania potioribus - I. K.  
Anthea (*Eamus ad Ipsum*) - P. ANGELINI.  
Antiquus crinium cultus et fucus mulierum graecarum - HER SILUS.  
De concilio episcoporum Americae latinae Romanum convocato - MARIUS.  
In memoriam - C.  
De mirabili domorum genere in urbe Neo-Ebrazco - G. P.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - EGNATIUS.  
Aenigmata - X.

*In secunda operculi pagina.*

Varia: *Novus num index? - Columbae et pipiones in famulatu medicorum - Pernicosi aëris medicina - Navigia nosocomiaca - Idolatri adhuc in Europa!... - Ioci - Anarchia - Libri recens probibili.*

*Epistolarum commercium - A SECRETIS.*

### VI num. ann. II.

De mediatione - MONTELUCCIUS.  
Muliebris birota velocissima (*La bicicletta per le signorine*) - MAURUS RICCI.  
Philosophia Horatiana - I. LEMETTE.  
De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
Latinae adnotatiunculae - F. R.  
De fragmentis formae urbis Romae nuperime in lucem proditis - H. MARUCCI.  
De veterum abstinentia - P. ANGELINI.  
B. Virgo ab Angelo salutata - I. C.  
Sapientum inventa - L. M.  
Via Appia - I. CASCIOLO.  
Napoleon ex opinione vulgi - HER SILUS.  
Aviculis parce - E. DE VAISIERE.  
Vita functi viri clariores - C.  
Annales - EU CALYPTUS.  
Ad Leonem XIII P. M. die VIII. martii a. MDCCCL. - C. NOCELLA.  
Coetus legibus ferendis qui ubique gentium congregantur - SCRIBA.  
Frustula - FORFEX.  
Bibliographia.  
Epistolarum commercium - A SECRETIS.  
Aenigmata - M. FUSCUS.

*In secunda operculi pagina.*

Per orbem (Quindenorum dierum praecipua) - VIATOR.

Varia: *An et hoc in praevisis, et praenunciatis? - Longevelitas, et longevelatis vaticinium* - P. d. V. - Ioci - D. MACRAE.

### VII num. ann. II.

De Sinensem imperio - EU CALYPTUS.  
Quid inter artem tragicam antiquam et recentiorem intersit - D. TAMILIA.  
Carmen epicum saeculi xv nunc primum in lucem editum - F. RAMORINO.  
De pueris in crastinum instituendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
Surrexit! - F. X. REUSS.  
De varia mortis imagine saeculorum cursu - T. COLAMARINO.  
Humanum caput a Bonarrotio effectum - I. CASCIOLO.  
In Hieronymum Savonarola - A. ARTIOLI.  
Geographiae nuperime adepta - L. M.

Christianorum Pascha et Hierosolymae recordatio - HER SILUS.  
Anguum collectores - LAELIUS.  
Tentata olim aerea navigatio - H. D. V. PIERALICE.  
Ex Gallia. Harmoniae singulares ac disposita vita per numeros - A. VIEILLOT.  
Frustula - FORFEX.  
Quaestiones inter socios proponendae - Vox Urbis.  
Annales - E.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - A. MORCHIO.  
*In secunda operculi pagina.*

Per orbem (Quindenorum dierum iter) - VIATOR.  
Varia: *O parentum charitas! - Systema metricum apud Anglos invectum - De musica et poesi, ultra praestet. Epigramma* - P. d. V. — Ioci ex historiis - C.

### VIII num. ann. II.

Angli in coloniis deducendis principes - H. A. STRONG.  
Humani ascensus - E. DI BISOGNO.  
De pueris in crastinu ministruendis. Meditationes postumae - I. ANTONELLI.  
Sophocles et Shaksperius tragicae artis antistes - D. TAMILIA.  
Torquatus Tassus - H. PIERALICE.  
In querum Torquati Tassi turbine deiectam - N. FILONARDI.  
Nocturna lumina ad mare - HER SILUS.  
De fragmentis formae antiquae Urbis nuper in lucem prolati - H. MARUCCI.  
Ex Germania. Pompeii Russici - L. KANT.  
De columbis viaticibus - LAELIUS.  
Vita functi viri clariores - C.  
Insigna equestria - SENIOR.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Quaestiones inter socios propositae - I. QUANAM lingua scriptum: *Mane, Tekel, Phares?* - L. W. SZCZERBOWICZ.  
Ephemeridum scriptorum conventus Romae congregatus - SCRIBA.  
Aenigmata - GRYPHUS.  
*In secunda operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Pericula in cognomine* - P. d. V. — Ioci - D. MACRAE.

### IX num. ann. II.

Kalendae Maiae - A. MARTINI.  
Val-des-Bois - H. D. V. PIERALICE.  
De canoris nugis - P. ANGELINI.  
Maius in agro, in templo - FRANC. X. REUSS.  
Sartor iudeus poeta - D. TAMILIA.  
Marianus Armellini eiusque scripta inedita - Vox Urbis.  
De ritibus exequiarum in antiqua Ecclesia - MARIANUS ARMELLINI.  
Caecilius Rhodes - I. ANTONELLI.  
Ferreis axibus stratae viae per Africam - SCRIBA.  
De Pontificis "Cappellis" - SENIOR.  
Floralia - A. COSTAGGINI.  
Expressi in humano sermone mores animantium - X.  
Sapientum inventa - L. M.  
Ex Gallia. Victoriae, Anglorum reginae, vitae consuetudo Nicaeae ad Varum - A. VIEILLOT.  
Divae Fortunae codex - LAELIUS.  
Annales - POPLICOLA.  
Librorum recensio.  
Aenigmata - DIGAMMA.  
*In secunda operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Semper in mordacem Horatius - Canes bene de humano genere meriti - Novae aurifodinae* - Ioci - P. d. V.

# DESCLÉE, LEFEBVRE & S.

SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE ET S. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI

PARIGI - LIONE - LILLA - TOURNAI - BRUSSELLE - BRUGES - GAND - MALINES - ANVERSA - TOLOSA

## LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE — Via Santa Chiara, 20-21 — ROMAE

*SSmus. Dnus. Noster LEO PP. XIII ut paternae erga officinam hanc librariam suae benevolentiae signum praestantissimum praeberet. Societatis Praesidem HENRICUM CLERBAUX equitem ord. S. Gregorii Magni creavit, et ad socios litteras in forma brevis misit quae sequuntur:*

LEO PP. XIII

Dilecti Filii, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Quintum volumen Actorum Nostrorum a vobis splendide editum devoteque oblatum libenter nuper gratoque animo accepimus. In quo profecto novum prospexit argumentum tum peritiae, qua officina vestra libraria pollet, tum studii, quo vos ferimini in religionis decus augendum. Nec minus placuit quod ex vestris litteris cognovimus, in studiosorum scilicet emolumentum atque eorum praesertim qui tuenda veritati scripto dant operam, conclavia vos Romae aperuisse, in quibus ephemerides et commentaria catholica magno numero sapienterque selecta prostant legenda. Pergite, dilecti filii, religione bonisque artibus, quo modo datur, favere.

Nos autem, paternae Nostrae benevolentiae testem ac munera divinorum auspicem, Apostolicam Benedictionem vobis, familiis vestris, vestrisque officinatoribus amantissime impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXI aprilis MDCCXCIX  
Pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.

LEO PP. XIII.

## FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.*

## URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

*apud comm. VOX URBIS Administrationem.*

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.



## LE LAUDI LATINE

## E IL CANTICO DEL SOLE

DI SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praeftiunculam a Paulo Sabatier viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequuntur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comprandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

## BARI IN ITALIA

## Praemius decorata Societas ad Olea Olivarium

(vulgo: Riunione dei produttori di olio d'oliva)

nullis pro itinere impendiis in quamlibet orbis terrarum regionem suavissima olea dimittit, quae et purissima, et genuina et propria sibi profitetur, itemque deliciosissimas olivas muria servatas, ex medulla et adipe lycopersici succos concretos, vina quotidiana caenis, caricas, et cetera huiusmodi. Praeterea sapones ad munditiem telarum, lanarum, gossypiorum, etc.

Premium prout fert dies nuntiatur, ubi accepta sit chartula in qua nomen, cognomen, et mansio [redacted] petentis reperiantur.

 Singulare aliquid est, siqua mittenda sint Pitis institutionibus, Hospitiis, Collegiis, Sodalitiis, Fabriceris et Cooperativis societatibus catholicis.

SUNT OLEA AD LAMPADES PRO TEMPLIS ET DOMIBUS.

## Ciapponi Franciscus et Soc.

### OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

## PHILIPPUS VITI EQUES

MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.